

I V S T I L I P S I  
O P E R A O M N I A  
Q V Æ  
A D C R I T I C A M  
P R O P R I E S P E C T A N T :

*Jam nouiter ab ipso aucta, correcta, digesta.*

Quorum omnium Index & Ordo post Praefationem.



A N T V E R P I A,  
E x O F F I C I N A P L A N T I N I A N A,  
Apud Ioannem Moretum.

c I o. I o c.

*Cum Priviloysi Casareo ac Regio.*

# AD LECTOREM.

**E**CCE tibi, Lector, Criticos meos omnes libellos: quos sparsos antea collegimus, & composuimus tibi in hunc fascem. Visa enim res & commoditas tua ita poscere, ut quidquid à nobis huiusc argumenti esset; promptum semel haberes, & in una manu, sub uno oculorum ictu. Etsi enim facie & formâ stili, quidam ex his inter se discrepent: tamen fine omnes ferè conueniunt, & arguento. Finis ijs, illustrare, emendare: argumentum, genus omne veterum scriptorum. Quod studium scio esse qui eleuent, aut carpant. verbo tamen potius, quam ex animo: quia reuera nemo aestimare litteras & scriptores veteres serio potest: qui non simul aestimet ista. Quæ enim sanitas aut puritas ijs absque his Notis, imò quæ vita? Æuum auorum cogitent, & æuum nostrum. illo squalor & horrida barbaries vixerunt: hoc Typographia nata, bona sanè studiorum nutrix, sed audax saepe, lucri-cupida, & quæ non minus verè corruptrix libroru audiet, quam propagatrix. Quod autem remedium aduersus utrumque, nisi Censoria ista, vt ita loquar, spongia; siue ad veteres illas labes eluendas, siue ad has nouas? Nam quod quidam facile hoc & primum cuius putant:

## Ordo horum librorum.

VARIARVM LECTIÖNVM Libri tres.

ANTIQVARVM LECTIÖNVM Libri quinque.

EPÍSTOLICARVM QVÆSTIÖNVM Libri quinque.

ELECTORVM Libri duo.

IN VALER. MAXIMVM NOTAE.

ANIMADVERSIONES IN SENECAE TRAGOEDIAS.

IUDICIVM DE CONSOLATIONE CICERONIS.

SATYRA MAENIPPAEA Somnium.

GLORIA ESTATE  
ILLVSTRISSIMO  
ET AMPLISSIMO  
D. ANTONIO PERRENOTO  
GRANVELLANO, S. R. E. CARDINALI,  
MACHLINIÆ ARCHIEPISCOPO,

*Iustus Lipsius S. D.*



RAESTANTIVM ciuium, Cardina-  
lis Amplissime, & qui excellentiùs  
gerere se in repub. voluerunt, duo  
ferè genera sunt. Vnum eorum qui  
ingenij ac consilij sui luce patriæ pro-  
fuerunt, quòrum summa semper in  
Senatu & apud bonos fuit auctoritas:  
alterum eorum qui nō tam ingenio, quàm armis & bel-  
lo operam reip. nauarunt; qui & ipsi apud bonos grati  
fuerunt, sed vulgi tamen laude & populari gloria maxi-  
mè floruerunt. Vtraq. r̄es, si verum quærimus, magni  
viri & præstantis ciuis est: sed prioris illius generis ut  
maior quædam dignitas, ita maior semper in quaque  
rep. paucitas fuit. Nam quocumq. animum & cogita-  
tionem conuerto, multos sanè & pñne dicam innume-  
rables, qui bello & armis patriæ fines vel propagarint,  
vel defendent, inuenio. At qui consilio, auctoritate,  
prudentia regere ac gubernare r̄emp. contra popularem  
impetum constanter & sapienter poscent, paucos equi-  
dem ex omni memoria memini legere. Apud Roma-  
nes quidem, ne ad externa eamus, claros imperatores &  
rerum gestarum magnitudine illustres quamvis multos  
commemorare nullus negotij sit, Camillos, Curiós, Sci-  
agon

A 2 pioncs,

ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
APVD IOANNEM MORETVM.

M. D. C.

